Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



CIA.

253

tuor fiant odor thymi. Oriens veni
soror mea sponsa. Oriens veni. fons
signatus. Emissiones tue paradysus
malor punicor cum pomor fructib.
Cypri cum nardo. nardus & crocus. fis
tula & cynamomum cum uniuersis
lignis lybani. Murra & aloe. cum om
nibus unguentis. fons ortor puteus
aquar uiuentium. que fluunt im
petu de libano. V.

Surge aquilo & ueni auster. p
fla ortum meum. & fluent a
romata illius. Ueniat dilec
tus meus in hortum suum. ut comedat
fructum pomor suor. Ueni in hor
tum meum soror mea sponsa. Me
sui myeram meam cum aroma
tib meis. comedi fauum cum melle
meo. Bibi uinum meum cum lacte
meo. Comedite amici mei & bibi
te. & inebriamini karissimi. Ego dormio. & cor meum uigilat. Uox dilecti
mei pulsantis. Aperi michi soror mea. amica mea. columba mea. casta
caput meum plenum est rore. & cincinni mei guttis noctium. Expoliaui
me tunica mea. quomodo inducar illa. Laui pedes meos. quomodo inquinabo eos. Dilectus meus misit
manum suam per foramen. & uenter meus intremuit ad tactum eius. Surrexi ut aperirem dilecto meo. manus
mee distillauerunt myrrham. digiti mei
pleni myrra probatissima. Pessulum
ostii mei aperui dilecto meo. At ille declinauerat atque transierat. Anima
mea liquefacta est. ut dilectus locutus
est. sitiui & non inueni illum. uocaui. & non respondit michi. Inuenerunt me
custodes qui circumeunt ciuitatem. percusserunt me. & uulnerauerunt me. tulerunt
pallium meum custodes murorum. Adiuro uos filie hierusalem. si inueneritis
dilectum meum. ut nuncietis ei quia
amore langueo. Qualis est dilectus

tuus ex dilecto o pulcherrima mulierum. Qualis est dilectus tuus ex dilecto. quia
sic adiurasti nos. Dilectus meus candidus & rubicundus. electus ex milibus.
caput eius aurum optimum. come eius
sicut elate palmarum nigre sicut corvus.
oculi eius sicut columbe super riuulos a
quarum. que lacte sunt lote. & residentes
iuxta fluenta plenissima. Gene illius
sicut arole aromatum. consite a pigmentariis. labia eius lylia distillantia
myrram primam. Manus illius tornatiles auree. plene iacinctis. Uenter eius eburneus. distinctus sapphiris. Crura illius columpne marmoree. que fundate sunt super bases aureas. Species eius ut lybani. electus ut cedri. Guttur illius suauissimum. et totus desiderabilis. Talis est dilectus meus. & iste est amicus meus. filie

VI. Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima
mulierum. quo declinauit dilectus
tuus. & quesiemus eum tecum. Dilectus meus descendit in hortum suum. ad aream
aromatum. ut pascatur in hortis. & lylia colligat. Ego dilecto meo.
& dilectus meus michi. qui pascitur inter lylia. Pulchra es amica mea. suauis & decora. sicut hierusalem. terribilis ut
castrorum acies ordinata. Auerte oculos
tuos ame. quia ipsi me auolare fecerunt. Capilli tui sicut greges capraru. que ap
paruerunt de galaad. Dentes tui sicut
greges ouium. que ascenderunt de lauacro. omnes gemellis fetibus. & sterilis
non est inter eas. Sicut cortex mali punici. sic gene tue. absque occultis tuis. Se
xaginta sunt regine. & octoginta
concubine. & adolescentularum non est numerus. Una est columba mea. perfecta mea. una
est matris sue. electa genetrici sue. Uiderunt eam filie syon. & beatissimam
predicauerunt. regine & concubine laudauerunt eam. Que est ista que progredi